

rum hūc afferam, utpote quæ nostro Se-  
culo vix defensōrem aut patronum ha-  
bent: Sed hoc saltem præterire non pos-  
sum, neq; hodiè etiam inter doctissimos  
viros, circa naturalium rerum Principia  
compositam litem esse, quin adhuc sub  
judice sit. Ita sunt, qui quatuor rerum  
naturalium Principia Ignem, Aerem,  
Aquam & Terram docent, quibus pro  
expediendis naturalium rerum difficul-  
tibus Peripatetici potissimum nitun-  
tur, Cum tamen summis aliquibus in-  
geniis obscuriora hæc & rudiora vide-  
rentur, ut ad secretiores Naturæ recessus,  
hâc via aditus sibi reclusum iri omnino  
diffiderent, sepultam jā in dudum Demo-  
critiac Epicuri Philosophiam, corporum  
naturalium principia *atomorum* modo  
*rotundarum*, modo *acuminatarum*, qua-  
*dratarum*, *cylindricarum* consortio vel di-  
versio tribuentem, è tumulo in lucem re-  
vocârunt. Præter hos reperiuntur alii,  
corporibus resolvendis operam dantes,  
docentesq; resolvi corpora posse in *Sal*,  
*Sulphur* & *Mercurium*, atq; adeò tria rerum  
principia esse; quibus se opponunt alii,  
in plura simplicia *spiritum*, nempe, *Sal*,

A 2

Sul-